

vationes *Cujacii*, *Salmasii* ad Jus Romanum & Atticum, *Hottomanni* Quæst. Illustr. Emendationes *Anton. Augustini*, &c. Quod enim in his boni reconditum est, non facilè apud eos quæritur. Deinde promoveatur pes ad scriptores Tractatistas. Et ex iis annotetur sub titulum quidem materiæ, de qua agunt, nihil aliud quàm nomen auctoris qui de hac materia scripserit; de cætero nihil excerpatur ad illam materiam perti- nens; sed ea potius quæ aliena interse- runtur. Similiter ex Commentatori- bus nihil aliud excerpatur quam sicubi aliquid ad textum annotant quod ad eum non pertinet. De cætero anno- tetur ad *Leges numeratas* (de quibus sup. §. 61.) quis de eo textu in specie scri- pserit. Nam si ad totum Librum scripse- rit, ad totius quoque libri frontispicium hoc annotetur.

§. 88. *Forma* Excerpendi est ut perle- gatur primùm Auctoris Index (vel Sum- maria) qui si diligens est, excerpatur ipse & per